

Arbeitsblatt 9

Die justinianische Kodifikation

Aus der *Constitutio Tanta*:

Tanta circa nos divinae humanitatis est providentia, ut semper aeternis liberalitatibus nos sustentare dignetur. post bella enim parthica aeterna pace sopita postque Vandalicam gentem ereptam et Carthaginem, immo magis omnem Libyam Romano imperio iterum sociatam et leges antiquas iam senio praegravatas per nostram vigilantiam praebuit in novam pulchritudinem et moderatum pervenire compendium: quod nemo ante nostrum imperium umquam speravit neque humano ingenio possibile esse penitus existimavit. ... nos itaque more solito ad immortalitatis respeximus praesidium et summo numine invocato deum auctorem et totius operis praesulem fieri optavimus et omne studium triboniano viro excelso magistro officiorum et ex quaestore sacri nostri palatii et ex consule credidimus eique omne ministerium huiusmodi ordinationis imposuimus, ut ipse una cum aliis illustribus et prudentissimis viris nostrum desiderium adimpleret. nostra quoque maiestas semper investigando et perscrutando ea quae ab his componebantur, quidquid dubium et incertum inveniebatur, hoc numine caelesti erecta emendabat et in competentem formam redigebat. omnia igitur confecta sunt domino et deo nostro ihesu christo possibilitatem tam nobis quam nostris in hoc satellitibus praestante. ... nos itaque more solito ad immortalitatis respeximus praesidium et summo numine invocato deum auctorem et totius operis praesulem fieri optavimus et omne studium Triboniano viro excelso magistro officiorum et ex quaestore sacri nostri palatii et ex consule credidimus eique omne ministerium huiusmodi ordinationis imposuimus, ut ipse una cum aliis illustribus et prudentissimis viris nostrum desiderium adimpleret. nostra quoque maiestas semper investigando et perscrutando ea quae ab his componebantur, quidquid dubium et incertum inveniebatur, hoc numine caelesti erecta emendabat et in competentem formam redigebat. ... (10) Tanta autem nobis anti-

Die Vorsehung der Menschenliebe Gottes ist gegen Uns so gnädig, dass sie Uns würdigt, Uns mit immer neuen Wohltaten zu erquicken. Denn nachdem der Krieg gegen die Parther in ewigem Frieden zur Ruhe gekommen war und das Volk der Vandalen verjagt und Karthago, ja ganz Libyen wieder mit dem römischen Reich verbunden worden war, hat es Gott auch den alten Gesetzen vergönnt, die schon durch ihr hohes Alter niedergedrückt wurden, durch Unsere Wachsamkeit zu neuer Schönheit und mäßigem Umfang zu gelangen. Das hat vor Unserer Herrschaft niemand gehofft und niemand für menschenmöglich gehalten. ... Wir haben daher in gewohnter Weise auf die Hilfe des Unsterblichen geschaut und nachdem wir die höchste Gottheit angerufen hatten, sollte nach unserem Wunsch Gott Urheber und Schirmherr des ganzen Werkes werden, und wir haben Tribonian, den erhabenen Mann, Reichskanzler und früherer Minister der Justiz und früherer Konsul und Wir haben ihm die gesamte Arbeit anvertraut und ihm die gesamte Durchführung dieser Anordnung auferlegt, damit er – gemeinsam mit anderen wichtigen und besonders gelehrte Männern – Unseren Wunsch erfüllt. Unsere Majestät hat selbst ständig untersucht und überprüft, was sie zusammenstellten und hat, was sich an Unsicherheit und Zweifelhafem fand, das hat sie, gestützt durch die himmlische Gottheit verbessert und in eine passende Form gebracht. ... (10) Dem Altertum aber bringen Wir solche Verehrung entgegen, dass wir es keinesfalls dulden, die Namen der Rechtsgelehrten mit Schweigen zu übergehen. Vielmehr ist ein jeder von ihnen, der Verfasser einer Bestimmung war, in Unseren Digesten verzeichnet. Dabei haben Wir nur darauf hingewirkt, dass, wenn in ihren Bestimmungen etwas überflüssig oder unvollkommen oder weniger passend erschien, es die notwendige Ergänzung oder Verkürzung bekam und an den richtigsten Regeln ausgerichtet wurde. Und bei vielen ähnlich lautenden oder sich widersprechenden Passagen wurde das, was zu behalten richtiger erschien, anstelle

quitati habita est reverentia, ut nomina prudentium taciturnitati tradere nullo patiamur modo: sed unusquisque eorum, qui auctor legis fuit, nostris digestis inscriptus est: hoc tantummodo a nobis effecto, ut, si quid in legibus eorum vel supervacuum vel imperfectum aut minus idoneum visum est, vel adiectionem vel deminutionem necessariam accipiat et rectissimis tradatur regulis. et ex multis similibus vel contrariis quod rectius habere apparebat, hoc pro aliis omnibus positum est unaque omnibus auctoritate indulta, ut quidquid ibi scriptum est, hoc nostrum appareat et ex nostra voluntate compositum: nemine audente comparare ea quae antiquitas habebat his quae nostra auctoritas introduxit, quia multa et maxima sunt, quae propter utilitatem rerum transformata sunt. adeo ut et si principalis constitutio fuerat in veteribus libris relata, neque ei pepercimus, sed et hanc corrigendam esse putavimus et in melius restaurandam. nominibus etenim veteribus relictis, quidquid legum veritati decorum et necessarium fuerat, hoc nostris emendationibus servavimus. et propter hanc causam et si quid inter eos dubitabatur, hoc iam in tutissimam pervenit quietem, nullo titubante relicto. ... (21) Hoc autem quod et ab initio nobis visum est, cum hoc opus fieri deo adnuente mandabamus, tempestivum nobis videtur et in praesenti sancire, ut nemo neque eorum, qui in praesenti iuris peritiam habent, nec qui postea fuerint audeat commentarios isdem legibus adnectere: nisi tantum si velit eas in graecam vocem transformare sub eodem ordine eaque consequentia, sub qua voces romanae positae sunt (hoc quod graeci κατὰ πόδα dicunt), et si qui forsitan per titulorum subtilitatem adnotare maluerint et ea quae παράτιτλα nuncupantur componere. alias autem legum interpretationes, immo magis perversiones eos iactare non concedimus, ne verborum eorum aliquid legibus nostris adferat ex confusione dedecus. quod et in antiquis edicti perpetui commentatoribus factum est, qui opus moderate confectum huc atque illuc in diversas sententias producentes in infinitum detraxerunt, ut paene omnem Romanam sanctionem esse confusam. quos si passi non sumus,

aller anderen Texte gesetzt und allen Passagen wurde dieselbe Wirksamkeit zuerkannt, so dass alles, was darin geschrieben steht, als dass Unsere anzusehen ist und als mit Unserem Willen geschrieben. Dabei soll es niemand wagen, zu vergleichen, was die alte Zeit besaß und was durch Unseren Willen eingeführt wurde; denn es gibt viele und sehr bedeutende Dinge, die aus Gründen der Nützlichkeit verändert wurden, bis zu dem Punkt, dass Wir sogar, wenn in den alten Büchern ein kaiserliches Gesetz überliefert war, auch dieses nicht verschont haben, sondern es für richtig hielten, auch dieses zu verbessern, und zum besseren zu verändern. Unter Belassung der alten Namen haben Wir so mit Unseren Verbesserungen erhalten, was auch immer der Wahrheit des Gesetzes dienlich und notwendig war. Und deshalb ist, auch wenn an irgendwelchen Bestimmungen unter den Rechtsgelehrten Zweifel bestanden, nun alles in einen sicheren Ruhezustand gebracht, so keine Unsicherheit zurückbleibt. ... (21) Folgendes aber, was uns von Anfang an richtig schien, als wir dieses Werk mit Gottes Zustimmung in Auftrag gaben, scheint es uns an der Zeit, auch jetzt zu verordnen, dass niemand, weder von denen, die jetzt die Rechtsgelehrsamkeit besitzen, noch von denen, die später da sein werden, es wagen soll, diesen Gesetzen Kommentare hinzuzufügen – außer, wenn jemand sie nur in derselben Anordnung und Reihenfolge, in der auch der lateinische Text steht, ins Griechische übersetzen will (was die Griechen kata poda nennen) und wenn vielleicht jemand die Feinheiten der einzelnen Titel anmerken und das, was man Paratitla nennt, verfassen möchte. Ansonsten aber gestatten Wir ihnen nicht, Auslegungen oder besser Verdrehungen der Gesetze zu verbreiten, damit ihre Geschwätzigkeit nicht infolge von Verwirrung Unseren Gesetzen Schande macht. Das ist auch bei den Kommentatoren des Ewigen Edikts geschehen, die ein Werk von bescheidenem Umfang hier und dort mit verschiedenen Hinweisen ausgedehnt haben, so dass fast das gesamte römische Recht verwirrt wurde. Wenn wir das nicht zugelassen haben, wie sollten wir dann sinnlosen Streit bei der Nachwelt zulassen? Wenn aber jemand es wagen sollte, derartiges zu tun, dann ist der Täter wegen Fälschung strafbar, seine Bücher aber

quemadmodum posteritatis admittatur vana discordia? si quid autem tale facere ausi fuerint, ipsi quidem falsitatis rei constituentur, volumina autem eorum omnimodo corrumpentur. si quid vero, ut supra dictum est, ambiguum fuerit visum, hoc ad imperiale culmen per iudices referatur et ex auctoritate augusta manifestetur, cui soli concessum est leges et condere et interpretari.

werden auf jeden Fall vernichtet. Wenn aber irgendetwas, wie oben gesagt, zweideutig erscheint, soll es von den Richtern dem allerhöchsten Kaiser vorgelegt werden und durch die kaiserliche Autorität klargestellt werden, der allein es zusteht, Gesetze zu erlassen und auszulegen.

Ein Auszug aus den Digesten (D. 50, 17, 1-2):

1. Paulus libro decimo sexto ad Plautium *Regula est, quae rem quae est breviter enarrat. non ex regula ius sumatur, sed ex iure quod est regula fiat. per regulam igitur brevis rerum narratio traditur, et, ut ait Sabinus, quasi causae coniectio est, quae simul cum in aliquo vitiata est, perdit officium suum.*

2. Ulpianus libro primo ad Sabinum *Feminae ab omnibus officiis civilibus vel publicis remotae sunt et ideo nec iudices esse possunt nec magistratum gerere nec postulare nec pro alio intervenire nec procuratores existere.*

1. *Item impubes omnibus officiis civilibus debet abstinere.*

1. *Paulus im 16. Buch zu Plautius* Eine Regel ist etwas, das einen Sachverhalt kurz darstellt. Das Recht wird nicht aus der Regel entnommen, sondern die Regel entsteht aus dem Recht, das schon da ist. Durch eine Regel wird also eine Kurzdarstellung der Dinge überliefert und sie ist – wie Sabinus sagt – gleichsam eine Zusammenfassung einer Sache, die, sobald sie in irgendeinem Punkt unzutreffend ist, ihren Sinn verliert.

2. *Ulpian im ersten Buch zu Sabinus* Frauen sind von allen bürgerlichen oder öffentlichen Ämtern ausgeschlossen und so können sie weder Richter sein, noch einen Beamtenposten innehaben, noch vor Gericht klagen, noch für einen anderen eintreten oder als Prozessvertreter auftreten. **1.** Auch ein noch nicht geschlechtsreifes Kind muss von sich aller bürgerlichen Ämter enthalten.

Die Verteilung der Bluhmeschen Massen im Digestentitel 50, 17 (De diversis regulis iuris antiqui)

Kursiv gedruckte Fragmente stammen aus der Sabinusmasse

Fett gedruckt sind Fragmente aus der Ediktsmasse

Fett und kursiv gedruckt sind Texte aus den Büchern 26-51 von Ulpian's Ediktskommentar und sachlich entsprechenden Büchern anderer Ediktskommentare, die zur Sabinusmasse gehören.

KAPITÄLCHEN bezeichnen Texte aus der Papinianmasse.

1 Paulus 16 ad Plautium
2 Ulpianus 1 ad Sabinum
3 Ulpianus 3 ad Sabinum
4 Ulpianus 6 ad Sabinum
5 Paulus 2 ad Sabinum
6 Ulpianus 7 ad Sabinum
7 Pomponius 3 ad Sabinum
8 Pomponius 4 ad Sabinum
9 Ulpianus 15 ad Sabinum
10 Paulus 3 ad Sabinum
11 Pomponius 5 ad Sabinum
12 Paulus 3 ad Sabinum
13 Ulpianus 19 ad Sabinum
14 Pomponius 5 ad Sabinum
15 Paulus 4 ad Sabinum

16 Ulpianus 21 ad Sabinum
17 Ulpianus 23 ad Sabinum
18 Pomponius 6 ad Sabinum
19 Ulpianus 24 ad Sabinum
20 Pomponius 7 ad Sabinum
21 Ulpianus 27 ad Sabinum
22 Ulpianus 28 ad Sabinum
23 Ulpianus 29 ad Sabinum
24 Paulus 5 ad Sabinum
25 Pomponius 11 ad Sabinum
26 Ulpianus 30 ad Sabinum
27 Pomponius 16 ad Sabinum
28 Ulpianus 36 ad Sabinum
29 Paulus 8 ad Sabinum
30 Ulpianus 36 ad Sabinum

31 Ulpianus 42 ad Sabinum
32 Ulpianus 43 ad Sabinum
33 Pomponius 22 ad Sabinum
34 Ulpianus 45 ad Sabinum
35 Ulpianus 48 ad Sabinum
36 Pomponius 27 ad Sabinum
37 Ulpianus 51 ad Sabinum
38 Pomponius 29 ad Sabinum
39 Pomponius 32 ad Sabinum
40 Pomponius 34 ad Sabinum
41 Ulpianus 26 ad edictum
42 Gaius 9 ad edictum provinciale
43 Ulpianus 28 ad edictum
44 Ulpianus 29 ad edictum
45 Ulpianus 30 ad edictum

46 Gaius 10 ad edictum provinciale
47 Ulpianus 30 ad edictum
48 Paulus 35 ad edictum
49 Ulpianus 35 ad edictum
50 Paulus 39 ad edictum
51 Gaius 15 ad edictum provinciale
52 Ulpianus 44 ad edictum
53 Paulus 42 ad edictum
54 Ulpianus 46 ad edictum
55 Gaius 2 de testamentis ad edictum urbicum
56 Gaius 3 de legatis ad edictum urbicum
57 Gaius 18 ad edictum provinciale
58 Ulpianus 2 disputationum
59 Ulpianus 3 disputationum
60 Ulpianus 10 disputationum
61 Ulpianus 3 opinionum
62 Iulianus 6 digestorum
63 Iulianus 17 digestorum
64 Iulianus 29 digestorum
65 Iulianus 54 digestorum
66 Iulianus 60 digestorum
67 Iulianus 87 digestorum
68 Paulus l.s. de dotis repetitione
69 Paulus l.s. de adsignatione libertorum
70 Ulpianus 1 de officio proconsulis
71 Ulpianus 2 de officio proconsulis
72 Iavolenus 3 ex posterioribus Labeonis
73 Quintus Mucius Scaevola l.s. ὄρων
74 PAPINIUS 1 QUAESTIONUM
75 PAPINIUS 3 QUAESTIONUM
76 PAPINIUS 24 QUAESTIONUM
77 PAPINIUS 28 QUAESTIONUM
78 PAPINIUS 31 QUAESTIONUM
79 PAPINIUS 32 QUAESTIONUM
80 PAPINIUS 33 QUAESTIONUM
81 PAPINIUS 3 RESPONSORUM
82 PAPINIUS 9 RESPONSORUM
83 PAPINIUS 2 DEFINITIONUM
84 PAULUS 3 QUAESTIONUM
85 PAULUS 6 QUAESTIONUM
86 PAULUS 7 QUAESTIONUM
87 PAULUS 13 QUAESTIONUM
88 SCAEVOLA 5 QUAESTIONUM
89 PAULUS 10 QUAESTIONUM
90 PAULUS 15 QUAESTIONUM
91 PAULUS 17 QUAESTIONUM
92 SCAEVOLA 5 RESPONSORUM
93 MAECIANUS 1 FIDEICOMMISSORUM
94 ULPIANUS 2 FIDEICOMMISSORUM
95 ULPIANUS 6 FIDEICOMMISSORUM
96 MAECIANUS 12 FIDEICOMMISSORUM
97 HERMOGENIANUS 3 IURIS EPITOMARUM
98 HERMOGENIANUS 4 IURIS EPITOMARUM
99 VENULEIUS 12 STIPULATIONUM

100 GAIUS 1 REGULARUM
101 PAULUS L.S. DE COGNITIONIBUS
102 Ulpianus 1 ad edictum
103 Paulus 1 ad edictum
104 Ulpianus 2 ad edictum
105 Paulus 1 ad edictum
106 Paulus 2 ad edictum
107 Gaius 1 ad edictum provinciale
108 Paulus 4 ad edictum
109 Paulus 5 ad edictum
110 Paulus 6 ad edictum
111 Gaius 2 ad edictum provinciale
112 Paulus 8 ad edictum
113 Gaius 3 ad edictum provinciale
114 Paulus 9 ad edictum
115 Paulus 10 ad edictum
116 Ulpianus 11 ad edictum
117 Paulus 11 ad edictum
118 Ulpianus 11 ad edictum
119 Ulpianus 13 ad edictum
120 Paulus 12 ad edictum
121 Paulus 13 ad edictum
122 Gaius 5 ad edictum provinciale
123 Ulpianus 14 ad edictum
124 Paulus 16 ad edictum
125 Gaius 5 ad edictum provinciale
126 Ulpianus 15 ad edictum
127 Paulus 20 ad edictum
128 Paulus 19 ad edictum
129 Paulus 21 ad edictum
130 Ulpianus 18 ad edictum
131 Paulus 22 ad edictum
132 Gaius 7 ad edictum provinciale
133 Gaius 8 ad edictum provinciale
134 Ulpianus 21 ad edictum
135 Ulpianus 23 ad edictum
136 Paulus 18 ad edictum
137 Ulpianus 25 ad edictum
138 Paulus 27 ad edictum
139 Gaius ad edictum praetoris urbani
140 Ulpianus 56 ad edictum
141 Paulus 54 ad edictum
142 Paulus 56 ad edictum
143 Ulpianus 62 ad edictum
144 Paulus 62 ad edictum
145 Ulpianus 66 ad edictum
146 Paulus 62 ad edictum
147 Gaius 24 ad edictum provinciale
148 Paulus 16 brevis edicti
149 Ulpianus 67 ad edictum
150 Ulpianus 68 ad edictum
151 Paulus 64 ad edictum
152 Ulpianus 69 ad edictum
153 Paulus 65 ad edictum
154 Ulpianus 70 ad edictum
155 Paulus 65 ad edictum
156 Ulpianus 70 ad edictum
157 Ulpianus 71 ad edictum

158 Gaius 26 ad edictum provinciale
159 Paulus 70 ad edictum
160 Ulpianus 76 ad edictum
161 Ulpianus 77 ad edictum
162 Paulus 70 ad edictum
163 Ulpianus 55 ad edictum
164 Paulus 51 ad edictum
165 Ulpianus 53 ad edictum
166 Paulus 48 ad edictum
167 Paulus 49 ad edictum
168 Paulus 1 ad Plautium
169 Paulus 2 ad Plautium
170 Paulus 3 ad Plautium
171 Paulus 4 ad Plautium
172 Paulus 5 ad Plautium
173 Paulus 6 ad Plautium
174 Paulus 8 ad Plautium
175 Paulus 11 ad Plautium
176 Paulus 13 ad Plautium
177 Paulus 14 ad Plautium
178 Paulus 15 ad Plautium
179 Paulus 16 ad Plautium
180 Paulus 17 ad Plautium
181 Paulus 1 ad Vitellium
182 Paulus 3 ad Vitellium
183 Marcellus 3 digestorum
184 Celsus 7 digestorum
185 Celsus 8 digestorum
186 Celsus 12 digestorum
187 Celsus 16 digestorum
188 Celsus 17 digestorum
189 Celsus 13 digestorum
190 Celsus 24 digestorum
191 Celsus 33 digestorum
192 Marcellus 29 digestorum
193 Celsus 38 digestorum
194 Modestinus 6 differentiarum
195 Modestinus 7 differentiarum
196 Modestinus 8 regularum
197 Modestinus l.s. de ritu nuptiarum
198 Iavolenus 13 ex Cassio
199 Iavolenus 6 epistolarum
200 Iavolenus 7 epistolarum
201 Iavolenus 10 epistolarum
202 Iavolenus 11 epistolarum
203 Pomponius 8 ad Quintum Mucium
204 Pomponius 28 ad Quintum Mucium
205 Pomponius 39 ad Quintum Mucium
206 Pomponius 9 ex variis lectionibus
207 Ulpianus 1 ad legem Iuliam et Papiam
208 Paulus 3 ad l. Iuliam et Papiam
209 Ulpianus 4 ad l. Iuliam et Papiam
210 Licinius Rufinus 2 regularum
211 Paulus 69 ad edictum